

/ Perillustris, et Reverendissime Domine. Placuit Amplitudini tu-
 ae munus, idque satis satis speciosum ad me mittere, atque ea ra-
 tione officia mea, quae solis verbis constabant, beneficiis non
 exiguis compensare. Ago gratias Reverendissimae Dominationi Ves-
 5 trae sic tamen, ut omnino cupiam hoc esse primum, et ultimum donum;
 legi enim in divinis litteris, odio esse Deo illos, qui diligunt
 munera, et sequuntur retributiones, et contra laudari eos, qui ex-
 cutiunt manus ab omni munere. Gratis accepimus id auctoritatis,
 sive multum, sive parum sit, quod habemus; gratis proinde prae-
 10 stare debemus, quod a nobis iure charitatis exigunt illi, qui bene
 praesunt, qualem esse Amplitudinem vestram probe scimus. Quam au-
 tem ego non solum non delecter, sed etiam graver munusculis, tes-
 tis esse potest Christophorus Dionysius, qui novit conversationem
 meam in ecclesia Capuana. Valeat Amplitudo vestra mei memor in sa-
 15 nctis, et acceptis Deo nostro precibus suis. Romae die 4 Martii
 1608.

Epist.fam. LVIII.

Roma 6 Mart. 1608. Bell. romine S. Congr. Indulg.

invenitur in Fernat's Bell. Canon. etc

i. v. Gufst. et al. 25. Ven. 1778 II 190-191

subscr. R. Card. Bellarminus

Ant. Episcopus Agninus. Secretarius.